

[9]

191

consuetudine solvere debeas.] Mandamus ^{hinc} etiam preterea tenore presentium,
 ut terras per te concedendas in cabellam aliquibus, quamlibet terram
 vel locum per se semotim et non in camerariatu set quamlibet per se,
 nec non quolibet membra cabellarum terrarum quarumlibet per se
 semotim, similiter, particulariter et distincte concedere debeas, ut de re=
 loci proventuum terre et loci cuiuslibet ipsarum partium et etiam
 membri cuiuslibet proventuum earundem curia nostra per quaternos
 vendicionum cabellarum faciendos per te valeat presenti et futuro
 tempore plenarie edoceri. Mandamus etiam, ut omnes portus et loca
 maritima parcium predictarum tam demanii quam comitum et
 baronum diligenter custodias et facias custodiri per custodes ipsa=
 rum parcium et locorum, qui sint de nostro demanio, per te statuen=
 das, ut nulla omnino victualia extra regnum in fraudem nostre cu=
 rio extra hantur. Si vero aliqua super extractione victualium fren=
 dorum extra regnum de portibus iurisdictionis tue ad te mandata
 celsitudinis nostre directo fuerint, nonnihil portuum et locorum, a
 quibus extrahi debeant, non expressis, ea de portibus et locis iu=
 risdictionis tue ad extractionem victualium hactenus deputatis
 extrahi faciaris. A quibus etiam portibus infra partes iurisdictionis
 tue victualia pro vita nostrorum fidelium earundem parcium de=
 ferenda de uno loco ad alium, quantum ad debitam sustentatio=
 nem eorum sufficiat, cum baris parvis tantum concedimus extra=
 henda, recepta ab extrahentibus victualia ipsa de una terra ad aliam
 deferenda ydonea fideiussoria cautione, prout extitit hactenus obser=
 vatum, quod de ^{exoneracione} ~~extractione~~ victualium ipsorum facienda in ter=
 ris et locis ipsis, ad que portantur, tibi deferant vel deferre faciant
 ydoneas responsales a portulanis et custodibus terrarum, in qui=
 bus exonerabuntur victualia supradicta. Inhibeas quoque ex parte]

[10]

[11]

[12]

[13]